1 Ac fuit antea tempus,

cum Germanos Galli virtute superarent,

ultro bella inserent,

propter hominum multitudinem agrique inopiam

trans Rhenum colonias mitterent.

2 Itaque ea,

quae fertilissima Germaniae sunt loca circum Hercyniam silvam,

(quam Eratostheni et

quibusdam Graecis fama notam esse) video,

quam illi Orcyniam appellant,

Volcae Tectosages occupaverunt atque ibi consederunt;

3 quae gens ad hoc tempus his sedibus sese continet Summamque

habet iustitiae et bellicae laudis opinionem.

4 Nunc quod in eadem

Inopia egestate patientiaque qua Germani permanent,

eodem victu et cultu corporis utuntur;

5 Gallis autem provinciarum propinquitas et transmarinarum rerum notitia multa ad copiam

atque usus largitur,

6 [paulatim adsuefacti superari multisque

Victi] proeliis ne se quidem ipsi

cum illis virtute comparant.